

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters.**



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Ein Schreiben des Abts Helisachar.

Von Edmund Bishop.

Der folgende Brief ist von mir vor längerer Zeit abgeschrieben aus dem Ms. Harl. 2637, f. 53^b—55^a, saec. X, welches einstmals, wie eine Notiz von einer Hand des 15. Jahrh. auf den ersten Blick zeigt, zu der vom Cardinal Nicolaus Cusanus in Cues gestifteten Bibliothek gehörte. Ueber den Schreiber, Helisachar, den Kanzler und Vertrauten Ludwigs des Frommen, und den Erzbischof Nidibrius¹ von Narbonne, an welchen das Schreiben gerichtet ist, brauchen wir nichts zu sagen; in Betreff der Zeit des Briefes ist zu bemerken, dass der Erzbischof 814 in Aachen war 'propter ecclesiastica dirimenda' (Bouq. VI, 469); es ist nicht unmöglich, dass ihn auch die Frage wegen eines Nachfolgers für Benedict von Aniane 821 oder 822 dorthin führte, wie es mit Agobard sicher der Fall war.

Der Gegenstand des Schreibens bedarf einiger Erläuterung. Amalar schreibt, indem er über seine eigene Arbeit für Verbesserung des Antiphonars berichtet: 'In versibus, quos pene mutatos reperiet si quis forte dignum duxerit praesens volumen frequentare, laboravit et sudavit sacerdos Dei Elisagarius, apprime eruditus et studiosissimus in lectione et divino cultu, nec non et inter priores primus palatii excellentissimi Hludovici imperatoris. Non solum ille, sed et quoscumque de eruditis viris ad se potuit convocare, in praesenti negotio sudaverunt'². Amalar geht dann über zur Erklärung, von welcher Beschaffenheit die Arbeit Helisachars war. Um darüber Klarheit zu gewinnen, können wir nichts besseres thun, als das heutige Römische Brevier in die Hand nehmen. Am Ende einer jeden Lection der Matutinen (officium nocturnale) steht ein Responsorium, auf welches ein Vers folgt, und auf diesen wieder die zweite Hälfte des vorhergehenden Responsorium. So z. B. 'Resp. Dum exiret Iacob de terra sua,

1) Er heisst sonst Nibridius, Nifridius, auch Nimbridius. W. 2) Prologus in librum de ord. antiph. bei Hittorp, de div. cath. eccl. off. 1610, col. 503.

vidit gloriam Dei et ait: Quam terribilis est locus iste! *Non est hic aliud nisi domus Dei et porta coeli. Resp. Vere Deus est in loco isto, et ego nesciebam. *Non est hic etc. Offenbar ist es also, wenn, um die Worte des Nidibrius zu gebrauchen, beim Hörer Verfinsterung der Seele und Unsinn im Text vermieden werden soll, nothwendig, dass der Vers mit ausdrücklicher Rücksicht auf den Inhalt des zweiten Theiles des Responsorium (welche Amalarius das 'latus responsorii' nennt) ausgewählt werde. Aber Amalarius sagt uns, dass nach der Römischen Praxis seiner Zeit (ohne Zweifel die alte und herkömmliche Praxis dieser Kirche) solche Sorgfalt in der Auswahl nicht nöthig war, denn in der Römischen Kirche wurde nach dem Verse das Responsorium vollständig wiederholt (vgl. Thomasii Opera ed. Vezzosi, IV, p. XIII zweiter Zählung). Dieses wurde übersehen, als man das Römische Responsoriale im Frankenreich einführte, wo man, beiläufig bemerkt, den ganzen Kirchengesang unter dem Namen des Antiphonars zusammenfasste. Mit dem neuen Text verband man die alte Gallicanische Gewohnheit (vgl. Thomas. p. XIV—XV, dessen Vermuthung man nicht leicht bestreiten wird), nur das 'latus responsorii' zu wiederholen, womit nothwendiger Weise ein Unsinn sich verband, welcher unerträglich war für Männer wie Nidibrius, Amalar und andere, die auf das achteten, was gesprochen oder gesungen wurde. 'Hoc prospexit' memoratus vir et gloriosus presbyter Elisagarus (sagt Amalar c. 504); qua de re certavit, ut ex diversis libris congregaret versus convenientes responsoriis, quos nos et alii multi cupiunt frequentare in nocturnali officio'. Amalar liess sich jedoch dadurch nicht abhalten, in seiner eigenen Compilation hier und da andere, ihm besser zusagende Verse an die Stelle zu setzen.

Ein frühzeitiges, wenn auch unerwartetes, Resultat der Einführung des Römischen Kirchengesanges im Frankenreich war also eine vollständige Veränderung des Textes eines beträchtlichen Bestandtheiles des Responsoriale. Man wird sogleich einsehen, dass die von Helisachar eingeführte Reform nothwendiger Weise bald Eingang finden musste², ungeachtet der Einwendungen, welche er erwartete von Seiten derer, die den alten Zustand vorzogen. Es wäre sehr zu wünschen, dass etwas von der Zeit und Geduld, welche man auf die Untersuchung des Sanctgaller und anderer 'authentischer' Anti-

1) Ob 'perspexit'? W. 2) Lebeuf, *Traité hist. du Chant eccl.* p. 22, sagt: 'Helisachar . . . abbé de S. Maximin de Treves . . . avoit mis en ordre tout l'antiphonier Romain pour les églises de son canton', mit dem Citat: 'Mss. S. Max. Trevir.' Sind diese 'Mss.' etwas anderes als das Stück, welches Martène, *Voyage litt.* 1724, p. 280 ff., abgedruckt hat, worin Helisachar 'vir doctissimus et antiphonarii auctor' genannt wird?

phonarien verwandt hat, der Aufklärung der Frage zugewandt wäre, welche, wie ich meine, von Liturgikern und Archäologen ganz vernachlässigt ist: wie und wann die Gallicanische Praxis: nur das 'latus responsorii' zu wiederholen, und damit der veränderte Text, in Rom das ältere Herkommen verdrängt hat — ein Punkt unter vielen, welche sich nachweisen lassen, worin die alte Römische Liturgie in Ceremonien, Text und Anordnung durch Gallicanischen Einfluss modificiert worden ist. Hier genügt es, durch einen Abdruck des Briefes von Helisachar einen kleinen Beitrag zu dem schon vorhandenen Material zu geben.

Reverentissimo meritoque venerando Nidibrio Narbonensis ecclesię flore virtutum exornato archiepiscopo, Helisachar inutilis et omnium exiguus in Domino Deo aeternę prosperitatis salutem.

Meminisse credimus sanctam paternitatem vestram, quod dudum quando apud Aquasgrani palatium me offitium palatinum, vosque propter ecclesiastica dirimenda imperialis iussio obstringeret, et frequenter una nocturnis horis ad divinum celebrandum offitium conveniremus, animumque nostrum sacrę scripturę lectio serenum efficeret; sed ut referre solebatis responsoria auctoritate et ratione carentia, versusque qui in quibusdam responsoriis a nostris vestrisque cantoribus inconvenienter aptabantur, animum vestrum magna ex parte obnubilarent, mihi imperando iniunxeritis, ut adhibito sollerti studio pro captu ingenii in divinarum scripturarum pratis versus convenientes indagarem, et in responsoriis auctoritate et ratione refertis, congruis in locis aptarem. Sed licet hoc negotium vires meas excedere, meamque insipientiam tale quid nullo modo posse iudicaverim, non pręsumpsi tamen omittere quin id quod vestra sanctitas imperaverat summa cum devotione exequerer, fisus in illius gratuita misericordia qui potens est per inutilem et exiguum servum vestro sancto desiderio satisfacere, et quod vestrę devotioni et meritis debebatur meę quoque imperitię administrare. Adgrediens itaque hoc opus, aggregatisque¹ hinc inde antiphonariis cantoribusque, adhibita etiam librorum copia et peritis lectoribus, coepimus diligenter concordiam probare antiphonariorum. Sed quamquam in gradali cantu qui solummodo auctoritate sanctarum scripturarum nitet minime discordare possent, in nocturnali tamen qui sive ex auctoritate divina seu ex sanctorum patrum dictis compositus extat², paucissimi in unum concordare reperti sunt; quoniam quędam in eis scriptorum vitio depravata, quędam imperitorum voto ablata, quędam etiam sunt admixta. Unde

1) 'aggregatosque' cod. 2) Ursprünglich 'erat' corr. eadem manus.

liquido patet quod antiphonarius bene apud urbem Romanam ab auctore suo editus in nocturnalibus officiis, ab his quos supra memoravimus magna ex parte sit violatus¹.

Quamquam igitur ab his qui capacitatis ingenio pollent, facile queant approbanda eligi et improbanda reici, propter simplices tamen minusque capaces modis omnibus imperiis vestris parendum fuit. Collatione ergo antiphonariorum celebrata eorumque lectione diligenter approbata, utque² magna dissonantia perspecta est, antiphonas et responsoria quę erant auctoritate et ratione carentia, quę etiam digne in Dei laudibus cantari nequibant, respuimus. Ea vero quę auctoritate plena sunt locis suis ordinavimus, eisque ex eadem auctoritate amminiculante eorundem librorum copia versus congruentissimos iuxta capacitatem ingenii nostri adscivimus, ut videlicet iuxta sanctionem³ vestram, unde responsorium erat, inde etiam conveniens foret et versus. Erant sane quędam antiphonę vel responsoria auctoritate plena et in Dei laudibus decencia quę neque a nostris neque a vestris cantoribus sciebantur. Unde nostri fuit studii quosdam melodię artis magistros advocare, a quibus vestri nostrique ea avidissime didicere. Ita vero res divina amminiculante gratia successit, ut quod auctoritas et ratio vindicabat in eodem opere poneretur, et quod deerat plurimorum documento suppleretur⁴; quodque vitio scriptorum, insolentia cantorum, aliquibus in locis depravatum erat aut quorundam imperitorum demptum vel additum fuerat, artis studio corrigeretur limaue rectitudinis poliretur. Quia ergo hoc opus vestra iussione peractum vestręque devotioni est dedicatum, etsi non illis quibus forte non placebit, nostris tamen vestrisque cantoribus precipue necessarium, humiliter exoro, ut a paternitate vestra benigne suscipiatur et in Dei laudibus devotissime utatur. His vero quibus animo sedet ad diligenter transcribendum hoc opus commodate. Fastidiosis autem et ingratis ad reprehendendum potius quam ad discendum paratis minime pandite. Eos itaque quibus commodatum fuerit deprecate, ut nihil ex eo demant, nihil in eo addant vel mutant; quoniam iuxta beati Hieronimi sententiam nihil profuit emendasse libros, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur. In prefato namque opere si quippiam quolibet modo non humilitatis, sed mordacitatis voto reprehendi potest, sciatur potius id simplici dissimulatione actum quam negligentia aut imperitia pretermissum; quoniam oportebat quod multorum longo et devotissimo usu in divinis cultibus detritum erat, nostro

1) Hieraus kann man entnehmen, dass Helisachar den Unterschied der Gallicanischen und der Römischen Praxis in Betreff der Responsorien nicht kannte.

2) 'utq;' Hs.

3) Ursprünglich 'sanctitatem' corr.

eadem manus.

4) Ursprünglich 'supplemento' corr. eadem manus.

etiam silentio potius comprobari quam presumptione¹ aliqua tangendo preiudicari. Quicquid namque in eo ordinatum sanctitas reppererit² vestra, nisi negligentia rursus aut incuria depravatum fuerit, nihil reor repperiri posse quod non in Dei laudibus aut auctoritate sicut premissum est sacra, aut sanctorum patrum dictis compositum, aut multorum usu pia devotione longo iam tempore vindicatum, decenter assumi potest. Quia autem sicut premisimus nostris vestrisque cantoribus hoc opus oportuna esse iudicavimus, oportet ut sive ab his sive ab illis summo opere observetur, quatinus versus convenienter positi atque ordinati secundum artis cantilenę modum honeste canantur et in responsoriorum convenientibus locis aptentur. Quapropter necesse est, qui ad melodię artis normam decoremque compositi sunt, et cantoribus magnum documentum et ut ita dixerim quendam ducatum in eadem arte prebent, bene intelligantur; ut his bene notis nullatenus in quoquam ab eisdem artis auctoritate oberretur. Sancta deus Trinitas te mei memorem in sua sancta militia prolixo tempore conservet, honorabiliter venerande et venerabiliter honorande pater.

1) 'sumptione' cod.

2) 'reppererit' cod.
